UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni. Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia colit ac veneratur.||

**Merlin, Jacques**

**Coloniae, 1530**

**VD16 M 4842**

Decreta Iulij papę.

---

urn:nbn:de:hbz:466:1-72934

Visual Library

volũtatis incremēta ad Chr̄i gratiā ſemꝑ ſunt referēda, vt in oĩbus q̄ agimus deus õi ꝑfecte laudet̃ tp̄e. ¶De capituloꝝ nāq; veroꝝ Nicẹni cõcilij quibus nos ĩterfuiſſe lr̄is vr̄æ fraterni A
tatis ſignificaſtis à noſtris qui vna vobiſcum interfuerũt diligẽtioribus requiſiuimꝰ collocutõibus, qui ita vt vr̄ẹ teſtatæ ſunt lr̄æ oẽm nobis ordinẽ expoſuerũt, & veſtrā ep̄lam per oĩa verā eẽ teſtificati ſunt nõ vt nos aliquid ſiniſtrũ vr̄a ex ꝑte arbitraremur, ſed nos & vos illoſq; abſq; vlla in poſteꝝ titubatõe vnũ ſentire optaremus, & ſc̄tā Ro. eccl̄ia q̄ ſemꝑ ĩmaculata mãſit, & dño ꝓuidẽte, & btõ Petro ap̄lo opẽ ferẽte in futuro manebit ſine vlla hæreticoꝝ inſultatõe firma & ĩmobilis oĩ tp̄e ꝑſiſteret. His ita pactis diligẽter requirẽtes in ſc̄tõ nr̄æ & ap̄licæ ſedis ſcrinio eadẽ q̄ ſc̄tẽ recordatõis ꝓdeceſſori meo Silueſtro ſunt directa ſeptuaginta (ſicut ſignificaſtis) capitula illeſa inuenimꝰ. Ipſa em̄ vobis ꝓpter autoritatẽ, & ſubſcriptõem tãtoꝝ patꝝ, & eius magni cõcilij minime miſimus, ſed ꝑ eadẽ corā apocriſarijs vr̄is alia ſimilia eũdẽ nũeꝝ eadẽq; verba, & ip̄am ſubſcriptõem cõtinẽtia vobis reſcribere, & ſub certa ſtipulatõe & cõfirmatõe mittere curauimus. Et quis ẽ qui fratribꝰ ſuis talia negare audeat? Nā nõ negligẽda nobis hẹc ꝑ ſc̄ti ſpũs gratiā dñs docuit, ſed fideliter exercẽda & fr̄ibus cõtradẽda & docẽda diſtribuit. Hæc ap̄loꝝ viua traditio, hẹc ẽ vera charitas q̄ ꝓdicāda ẽ, & ꝓcipue diligẽda ac fouẽda, atq; fiducialiter ab oĩbus tenẽda, hæc ſc̄tā & ap̄lica mr̄ oĩm eccl̄iaꝝ Chr̄i eccl̄ia q̄ ꝑ oĩpotentis dei gratiā à tramite ap̄licæ traditõis nũq̄ errasse ꝓbat̃, nec hæreticoꝝ nouitatibꝰ deprauāda ſuccubuit, ſed vt in exordio normā fidei chr̄ianæ ꝑcepit ab autoribus ſuis ap̄loꝝ Chr̄i prĩcipibus illibata ſine tenꝰ manet ſc̄d̄m ipſiꝰ dñi ſaluatoris diuinā pollicitatõe, q diſcipuloꝝ ſuoꝝ prĩcipi in ſuis fatus ẽ euãgelijs. Petre inquiẽs: ecce Sathan expetiuit, vt cribraret vos ſicut qui cribrat triticũ, ego aũt ꝓ te rogaui vt nõ deficiat fides tua, & tu aliq̄n cõfirma fr̄es tuos. Cõſideret itaq; vr̄a excellẽs prudentia quã bonũ ſit ſupſiſtere ĩ diſpẽſatõe vobis credita, & ĩ fide recta, atq; hẹreticis & ẹmulis Chr̄i repugnare, & nũq̄ à veritatis tramite declinare, qm̄ dñs & ſaluator oĩm cuiꝰ fide ẽ, q ꝓ nobis mori nõ dubitauit, & ꝓprio nos ſuo redemit ſanguĩe, q fidẽ btĩ Petri nõ defecturā ꝓmiſit, & cõfirmare eũ fr̄es ſuos admonuit, q̊d ap̄licos põtifices meẹ exiguitatis ꝓdeceſſores cõfidẽter feciſſe ſꝑ cũctis ẽ cognitũ, q̊ꝝ & puſillitas mea lʒ ĩpar ſit & ĩfirma, ꝓ ſuſcepto tñ diuĩa dignatõe miniſterio, pediſſeq̄ cupit exiſtere, væ eĩ erit nobis q huius miniſterij onus ſuſceptũ habemꝰ, ſi veritatẽ ſaluatoris nr̄i Ieſu Chr̄i, quā ap̄li ꝓdicauerũt, ꝓdicare neglexerimus vẹ erit nobis ſi ſilẽtio veritatẽ oppreſſerimꝰ q erogare nũmularijs iubemur, i. Chr̄ianos populos ĩbuere & docere, q̄d ĩ ipſius Chr̄i futuro dicturi ſumꝰ examine, ſi ſermonis eiꝰ veritatẽ cõfũdimur ꝓdicare? Quid erit de nobis cũ de cõmiſſis nobis aĩabus, & de officio ſuſcepto ratõem iuſtꝰ iudex Chr̄s deus nr̄ diſtrictā exegerit. Ideo fr̄es hortor dilectionẽ veſtrā obteſtor & moneo, vt q̄ debetis & poteſtis ſolicitudine vigiletis ad ĩueſtigãdos hẹreticos & ĩimicos ſc̄tẽ dei eccl̄iæ, & à ſuis mẽtibus ne peſtis hẹc latius diuulget̃, ſeueritate qua poteſtis ꝓ viribus extirpetis, qm̄ vt habebit à deo digne remuneratõis ꝓmiũ q diligẽtius q̊d ad ſalutẽ cõmiſſẹ ſibi plebis ꝓficiat, fuerit executus, ita añ tribunal dñi de reatu negligẽtiẹ ſe nõ poterit excuſare quicũq; plebẽ ſuā cõtra ſacrilegæ ꝑſuaſionis autores noluerit cuſtodire, data xx. Calendas Nouẽbris Nepotiano & Secũdo viris clariſſimis conſulibus

¶Incipiunt decreta Iulij papæ.

¶Incipit Romana ſynodus habita à Iulio papa, & reliquis orthodoxis epiſcois.

IN nomine dñi dei & ſaluatoris nr̄i Ieſu Chr̄i, ĩperãtibus q̊q; Cõſtãtio & Cõſtantẹ Au- B
guſtis anno q̄rto ſub die xix. Caleñ. Octobriũ indictiõe ſexta, ꝓſidẽte ſc̄tõ ac beatiſſimo Iulio papa ſedis apoſtolicæ vrbis Romæ, ꝓpoſitis ſacroſc̄tis & venerabilibus euãgelijs in eccl̄ia dñi dei & ſaluatoris nr̄i Ieſu Chriſti, q̄ vocat̃ Cõſtãtiniana, reſidentibus etiã viris venerabilibus pariterq; cũ eo audiẽtibus Bñdicto Aquileienſe ep̄o, Rufo Carthaginenſi ep̄o, Agapito Rauẽnatis eccleſiæ ep̄o, Iulio Mediolanenſi ep̄o, Luciano Maurianẽſi & reliquis cũ eis centũ ſexdecim ep̄is, Iulius ſc̄tiſſimus prædictus ep̄us vrbis Romæ dixit: Sanctæ dei & ap̄licæ ſynodo & dei volũtate, & gratia indiuiſa cõione ſc̄ti ſpũs in hac cõſonãter & vnanimiter cõgratæ antiq̄ alma vrbæ Romæ ad cõfirmationẽ ſacrã & correctionẽ fidei nr̄æ, & chr̄ianoꝝ ĩmaculatẹ diſciplinẹ, vt noſtis btĩſſimi fr̄es neceſſe ẽ cogitare, & cõſonãter oẽs nos docere ſc̄d̄m naturã dei ſummi, & pr̄is ſapiẽtiã dñi dei & ſaluatoris nr̄i Ieſu Chr̄i om̄i deſiderãti humanã diuinãq; in eo atteſtãte veritatis voce naturã, qm̄ qui cõfitebit̃ me corã hoĩbus cõfitebor & ego eũ corã pr̄e meo q in cœlis ẽ. Qui aũt negauerit me & verba mea, negabo eũ & ego corã pr̄e meo q in cœlis ẽ. Vñ optet, vt primo fidẽ trecẽtorũ decẽ & octo patꝝ ĩ Nicæa ſynodo corroboratã ponamꝰ, & poſtmodũ q̄ neceſſaria ſunt fideliter tractemꝰ. Cui ab oĩbus vna voce rñſum ẽ. Ad hoc cõuenimꝰ, vt poſt hoc primum ſc̄d̄m dei volũtatẽ faciamꝰ, & à fundamẽto Chr̄i Ieſu ĩcipiamus, & denuo ꝓ fratꝝ oppreſ-

 ſione tra-

ſione tractãtes laboremus, quia dum illi tam grauiter affliguntur nos reſpirare, nec quieſcere poſſumus, quia dum membra vexantur, corpus reliquum pacem, aut quietem minime habere poterit, hæc eſt enim fides in Nicæna gñali tractata ſynodo.

C ¶Credimus in vnũ deũ patrẽ omnipotentẽ, omniũ viſibiliũ inuiſibiliũq; factorẽ, & in vnũ dñm Ieſum Chriſtũ filiũ dei, natũ ex patre vnigenitũ, hoc eſt ex ſubſtãtia patris, deũ ex deo lumen ex lumine, deũ verũ ex deo vero, natũ, nõ factũ, cõſubſtãtialẽ pr̃i ꝑ quẽ oĩa fctã ſunt & q̃ in cœlo, & q̃ in terra. Qui ꝑpter nos hoĩes & ꝑpter noſtrã ſalutẽ deſcẽdit, & incarnatus eſt, & hõ factus eſt, paſſus. Et reſurrexit tertia die, & aſcẽdit in cœlos, & venturus ẽ iudicare viuos & mortuos. Et in ſpm̃ ſctm̃, dicẽtes aũt erat qñ nõ erat, aut nõ erat anteq̃ fieret, aut quia ex nõ exiſtẽtibus factus eſt, aut ex altera ſubſtãtia vel eſſentia dicentes eſſe, aut creatũ, aut cõuertibilẽ filiũ dei, hos tales anathematizauit catholica & apl'ica eccleſia, hanc fidẽ venerabiliter trecẽti decẽ & octo agnouerũt & corroborauerũt cõſonãtes & vnanimes ſcriptis explanauerũt. Nã dñs nr̃ mittẽs ad p̃dicãdũ diſcipulos ſuos ait: Eũtes docete oẽs gẽtes baptizãtes eos in noĩe pr̃is & filij, & ſpũs ſcti, de quibus & affirmamꝰ ita habere, & ita ſapere, ſed etiã dudũ ſic habuiſſe, & ita ſapuiſſe, & vſq; ad mortẽ ꝓ hac inſtare fide anathematizãtes oẽm ſine deo hæreſim. Hæc oĩa ex corde, & aĩa ſapuiſſe, ex q̊ nouimꝰ noſmetipſos, & nũc ſapere & dicere corã oĩpotẽte deo & dño nr̃o Ieſu Chr̃o cũ veritate teſtamur. His eñ ita p̃libatis ingenita patris natura extranea eſt, ſed p̃dicãdũ ẽ eſſe cõſubſtãtialẽ patri filiũ, eo q̊d nullã æqualitatẽ ad creaturas factas dei filius habeat, ſed ſoli pr̃i genitori ꝑ oẽs modũ ſit ſimilis, & nõ ſit ex alia q̃libet ſubſtãtia vel eſſentia, ſed ex pr̃is añ oĩa. Siquidẽ exquiſita ſunt ĩpia & iniqua, & ſine deo dogmata Arrij, & cõſentiẽtia ei ſub p̃ſentiq; oĩm decreto cõplacuit anathematizari ĩpiã eius ſectã, & iniq̃ atq; ſine deo verba ſimul & noĩa quibus vtebat̃, filio dei blaſphemãs, & dicẽs ex nõ extãtibus eſſe, & iterꝫ fuit aliqñ qñ non fuit. Qũo eñ fuit: aut qũo iterꝫ nõ fuit? Et ꝓ libero arbitrio maliciæ, atq; virtutis capabilẽ filiũ dei dicẽtes, creaturã noĩantes eũ, atq; facturã. Hæc ergo oĩa fatua & anilia & blaſphema anathematizauit ſctm̃ & vniuerſale cõciliũ, & nec vſq; ad auditũ ĩpię ſectę, atq; timoris huius, aut intellectuũ iniq̊ꝫ ſenſum accõmodãt. Ea quidẽ q̃ de illo geſta ſunt q̃lẽ terminũ habuerũt oĩa iã audiſtis & audietis, ne nos forte videamur viro obloqui ꝑpter delictũ ſuũ improperia digna portãti. Eos eñ qui diuidũt à pr̃na ſubſtãtia & diuinitate, & alienãt verbũ à pr̃e, diuidi ab eccleſia catholica cõuenit, & eẽ alienos à noĩe chr̃iano. Sint igit̃ nobis & oĩbus anathema, eo q̊d verbũ veritatis videãtur eẽ cauponati. Apoſtolicũ nãq; p̃ceptũ eſt. Si quis vobis annũtiauerit p̃ter q̊d accepiſtis, anathema ſit. His ergo nullũ cõicare denũtiate. Nulla ẽ eñ cõio luci ad tñbras, hos pellite ꝓcul ab oĩbus, nulla eĩ concordia Chr̃i ad Belial. Seruate vos fr̃es chariſſimi, vt neq; ſcribatis eis, neq; eorꝫ ſcripta ſuſcipiatis. Studete ſimul & vos fr̃es chariſſimi & cõminiſtri tanq̃ ſpũ p̃ſtes nr̃o cõcilio cõſentire, atq; ſubſcriptione vr̃a decernere, vt ab oĩbus vbiq; cõminiſtris nr̃is cõſonãtia vna ſeruet̃. Abdicamꝰ aũt illos & extra terminos catholicę eccl'ię ꝓcul abijciamꝰ, q nõ affirmãt q̊d deꝰ ẽ Chr̃s, ſed aiũt, verus deus nõ eſt, quia filius ẽ, ſed verꝰ filius nõ eſt, ne genitus ſit ſimul & ingenitus. Sic eñ ſe intelligere natũ ꝓfitent̃, quia ſic dixerũt. Q̃d natũ eſt fctm̃ eſt. Et quia cũ Chr̃s añ ſecula ſit, dederũt ei principiũ atq; finẽ, q̊d nõ in tꝑe, ſed habet añ ſecula. Oremus ſimul & pro nobis oĩbus & reliquis oppreſſis fr̃ibus, vt ipſi eruant̃ illeſi, & ſeruẽtur ĩmaculati, vt q̃ bñ placuerũt firma ꝑmaneãt ꝑ dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ ſcd̃m bonã voluntatẽ facta ſicuti credimꝰ dei & patris in ſpũ ſctõ, cui eſt gloria in ſecula ſeculorꝫ. Amen. Trinitas cõſubſtãtialis æterna eſt, data Caleñ. Nouẽbris, Feliciano & Maximiano. iiij. conſulibus.

¶Epiſtola increpatoria Iulij papæ ad Oriẽtales ep̃os pro cauſis Athanaſii, & exceſſibus contra Romanã eccleſiã.

D VEnerabilibus fratribus vniuerſis Orientalibus epiſcopis Iulius, Decuerat vos fratres alios eccleſiaſticis inſtruere diſciplinis, & non talibus arguere machinãtibus dicente Iohanne Baptiſta, Neminem concutiatis, neq; calumniam faciatis & reliqua, De qua re & apoſtolus Paulus nos inſtruit dicens: Fratres & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis inſtruite huiuſmodi in ſpiritu lenitatis, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris & reliqua, Et alibi Petrus apoſtolus ait: Omnes vnanimes in oratione eſtote, compatientes, fraternitutis amatores, miſericordes, modeſti, humiles, non reddẽtes malum pro malo, vl' maledictũ pro maledicto, ſed ecõtrario bñdicentes, quia in hoc vocati eſtis, vt bñdictionẽ hæreditate poſſideatis. Qui eñ vult vitã diligere & videre dies bonos, coherceat lĩguã ſuã à malo, & labia eiꝰ ne loquãtur dolũ, declinet à malo & faciat bonũ, ĩquirat pacẽ & ſequat̃ eã, quia oculi dñi ſuꝑ iuſtos, & aures eius in p̃ces eorꝫ, vultus aũt dñi ſuꝑ faciẽtes mala. Quid peius eſt fratres q̃ vt ſacerdotes dñi

qui ab

qui ab om̃i mala coinqnatõe,& à nocumẽto oĩm Chrĩanoꝝ alieni debẽt exiſtere,quanto magis à fratrũ & coepiſcopoꝝ quos tueri & ſubleuare debent ab inſidijs, & q̃s fouere & diligere ſummopꝑe oportet pſequunt eos eijcere,& cõione priuari detrectãt: Nec recordamini ſapiam q̃ ait: Peruerſæ eñi cogitatões ſeparãt hoĩes à deo ſi ꝑuerſæ cogitatiões ſeparãt hoĩes à deo,q̃nto magis opa iniqua: Quid eñi nequius ẽ q̃ illos de q̃bus dñs ait, q vos tãgit,tãgit pupillã oculi mei,qsq̃ auertere,pſequi,deſtruere nitat: Probata aũt virtus portat,ꝓtegit,& cõſolat oppſſos & docet inſipiẽtẽ. Eſt eñi deus teſtis cordis hoĩs, ſcrutatorq́ꝫ verus ſingulaꝝ conſciaꝝ, & linguaꝝ ſingulaꝝ auditor,q̃m ſpũs dñi repleuit orbẽ terraꝝ,& hoc q̃d continet oĩa ſciam habet vocis. Et alias idẽ ipẽ ait: deus charitas ẽ,in hoc apparuit charitas dei in nobis,q̃m filiũ ſuũ vnigenitũ miſit deus in mũdũ,vt viuamus ꝑ eũ. In hoc ẽ charitas nõ quaſi nos dilexerimus deũ, ſꝫ q̃m ipẽ prior dilexit nos,& miſit filiũ ſuũ ꝓpitiationẽ ꝓ pc̃tĩs nr̃is. Chariſſimi,ſi de⁹ dilexit nos & nos debemus inuicẽ diligere,deũ nemo vidit vnq̃. Si diligamus ĩuicẽ,de⁹ in nobis manet,& charitas eius in nobis pfecta ẽ,in hoc ĩtelligimus,q̃m in eo manemus,& ipẽ in nobis,q̃m de ſpũ ſuo dedit nobis,& nos vidimus,& teſtificamur,q̃m pr̃ miſit filiũ ſuũ ſaluatorẽ mũdi. Quiſqs cõfeſſus fuerit,q̃m Ieſus ẽ filius dei,deus in eo manet,& ipẽ in deo,& nos cognouimus, & credimus charitati quã habet deus in nobis,deus charitas ẽ,& q manet in charitate,in deo manet,& deus in eo. In hoc pfecta ẽ charitas nõ quaſi nos dilexerimus deũ,ſed q̃m ipẽ prior dilexit nos, q̃a ſicut ille ẽ,& nos ſumus in hoc mũdo. Timor nõ ẽ in charitate,ſed pfecta charitas,foras mittit timorẽ,q̃m pœnã timor habet,q aũt timet,nõ eſt pfectus in charitate. Nos ergo diligamus deũ,q̃m deus prior dilexit nos. Si q̃s dixerit,q̃m diligo deũ,& frẽm ſuũ oderit,mẽdax eſt. Qui eñi nõ diligit frẽm ſuũ quẽ videt,deũ quẽ nõ videt,q̃uo pt diligere: Et hoc mãdatũ habemus à deo,vt q diligit deũ,diligat frẽm ſuũ, Nã & ipa ſapia ait: Lingua ſapiẽtiũ ornat ſciam, os fatuoꝝ ebullit ſtultitiã. In omni loco oculi dñi contẽplant bonos & malos, lingua placabilis lignum vitæ,quæ aũt immoderata ẽ,conteret ſpm̃. Domus iuſti plurima fortitudo,& in fructibus impij conturbatio,labia ſapientiũ diſſeminabũt ſciam,cor ſtultoꝝ diſſimile erit,victimæ impioꝝ abominabiles erunt dño,vota iuſtoꝝ placabilia. Qui ſequit iuſtitiã,dirigit à domino. Itẽ alibi: Labia iuſti conſiderant placita,os impioꝝ ꝑuerſa, ſimplicitas iuſtoꝝ diriget eos,& ſupplantatio ꝑuerſoꝝ vaſtabit eos,iuſtitia rectoꝝ liberabit eos, & in inſidijs ſuis capient iniq iuſtus de anguſtia liberabit,& tradet impius ꝓ eo. Simulator ore decipit amicũ ſuũ, iuſti autẽ liberabunt ſcia,in bonis iuſtoꝝ exaltabit ciuitas,& in ꝑditõe impioꝝ erit laudatio,benedictõe iuſtoꝝ exaltabit ciuitas. Nec conſideratis q frẽs pſequi non ceſſatis, qualia Iob patientiſſimus inter cætera exorſus loquit. Auris audiẽs beatificabat me & oculus vidẽs teſtimoniũ reddebat mihi,quod liberaſſem pauperẽ vociferantẽ,& pupillũ cui non eſſet adiutor, benedictio perituri ſuꝑ me veniebat,& cor viduæ conſolatus ſum,iuſtitia indutus ſum,& veſtiui me ſicut veſtimẽto,& diademate iudicio meo. Oculus fui cæco,& pes claudo,pater eram paupeꝝ,& cauſam quam neſciebam diligẽtiſſime inueſtigabã: Conterebam malas iniqui,& de dẽtibus illius auferebã prædã,& paulopoſt: Si negaui,inq̃t,quod volebãt pauperibus,& oculos viduæ expectare feci. Si comedi buccellã meã ſolus,& non comedit pupillus ex ea, q̃a ab infantia mea creuit mecũ miſeratio,& de vtero egreſſa eſt mecũ. Nam ſi q̃s ex recto oĩa cõſiderauerit oculo nequaq̃ fratribus nocere,ſed liberare feſtinabit,q̃a nihil deterius eſt,q̃ ciues ciuibus ĩuidere,& frẽs fratribus inſidiari,aut calũnias facere. Talibus eñi refragari volẽtes inſidijs,pr̃es ſancti ſynodũ cõgregauerũt generalẽ in Nicæa,vitã corrigere hoĩm cupiẽtes in Eccleſia cõmorantiũ, licet dudũ inſtituta ſanctoꝝ multa pr̃m eſſent conſcripta,poſuerũt leges,quas ſacros Canones appellamus,quibus multa ꝑneceſſaria ad ſtatũ Eccleſiæ ſanctæ dei, & ſupplemẽtũ columnaꝝ eius,id eſt, Ep̃oꝝ q eam proprijs humeris geſtãt,ſunt decreta, & nocumẽta eoꝝ ꝓhibita, ita vt qui talia agere tentauerint,aut eis nocere p̃ſumpſerint, ſi q̃dẽ clerici fuerint à proprio gradu decidant, ſi vero monachi aut laici fuerint,anathematizent. Quibus armati exẽplis oportere arbitrati ſumus ab omnipotẽti deo inſpirati, vt hãc accẽſam diſcordiæ flammã extinguere ap̃lica debeamus authoritate,& nõ cõcedere eã vlterius anĩas depaſci humanas. Quapropter vna cũ oĩbus ap̃licæ ſubiectis ſancimus,ne quiſq̃ deinceps Chriſtianoꝝ talia ꝑpetrare,aut ep̃is temere nocere præſumat,cum & doctor gentiũ,idipſum prohibeat, dicẽs: Seniorẽ ne increpaueris,ſed obſecra vt patrem,& reliqua,bonũ eſt nãq́ꝫ ꝓculdubio,& oĩbus timẽtibus deũ deſiderabile,cohibere diſſenſiões,& altercatões,fratribusq́ꝫ ſubuenire,& inuicẽ nõ inuidere, ſed adiuuare. Audite,inquã,iam factã in Nicæna ciuitate ſynodũ,cui & egoipſe cõſciæ meæ cultũ decẽter exhibui,nihil aliud volẽs,q̃ cõcordiã oĩbus fabricare, & p̃ cũctis arguere & remouere hanc inſidiantiũ altercationẽ,quas p̃uidẽtes ſancti patres,inſidias,& illicitas altercationes vnanimiter in p̃dicta Nicæna ſtatuerũt ſynodo,vt nullus Ep̃ũs niſi in legitima ſynodo & ſuo tp̃e Apoſtolica authoritate cõuocata,ſuꝑ q̃buſdã criminatõibus pulſatus audiatur, id ẽ,iudicetur,

 vel damne

vel damnet. Sin aliter p̄ſumptū à q̄buſdā fuerit, in vanū deducat q̄d egerint, nec Eccleſiaſtica
vllo mō reputabunt. Ipſi vero primæ ſedis Eccleſiæ cōuocandaꝝ ḡnaliū ſynodoꝝ iura & iu-
dicia ep̄oꝝ ſingulari priuilegio Euāgelicis & Ap̄licis, atq; canonicis cōceſſa ſunt inſtitutis, q̄a
ſemꝑ maiores cauſæ ad ſedē ap̄licā multis authoritatibus referri p̄ceptæ ſunt, nec vllo mō pōt
maior à minore iudicari, ip̄a nāq; oībus maior & p̄lata ē Eccl'ijs, q̄ nō ſolūmodo Canonū ſan-
ctoꝝ p̄rm decretis, ſed dn̄i ſaluatoris nr̄i voce ſingularē obtinuit p̄cipatū. Tu es, inq̄t, Petrus
& ſuꝑ hāc petrā ædificabo Eccleſiā meā, & reliqua. Et q̊dcunq; ligaueris ſuꝑ terrā & ſolueris,
erūt ligata, & ſoluta in cœlo & in terra. Porrò dudū à ſanctis ap̄lis, ſucceſſoribusq; eoꝝ in p̄fa-
tis antiq̄s decretū fuerat ſtatutis, quæ hactenus ſc̄tā & vl̄is Ap̄lica tenet Eccleſia, nō oportere
p̄ter ſn̄iam Romani pōtificis Cōcilia celebrari, nec ep̄m dānari, q̄m ſanctā Romanā eccleſiam
primatū oīm Eccleſiaꝝ eē voluerūt. Et ſicut beatus Petrus ap̄lus primus fuit oīm ap̄loꝝ, ita &
hæc Eccleſia ſuo noīe conſecrata dn̄o inſtituēte primatū caput ſit cæteraꝝ, & ad eam quaſi ad
apicē oēs maiores Eccleſiæ cauſæ, & iudicia Ep̄oꝝ recurrant, eiuſq; iuxta terminū ſumant ſen
tentiā, nec extra Romanū quicq̄ ex his debere decerni pontificē, quatenus non ita ꝓteruè, &
ꝓ libitu quiſq̄ ſuo proprio arbitrio, q̄buſq; metropolitanus, ſicut agere ſolebat, liceat incon-
ſulto Romano pontifice, aut maiores Eccleſiæ cauſas deturbare, aut Ep̄os dānare, ſed cōmuni
ſanctæ Romanæ ſedis Ep̄i Concilio, & cōcordi actōe q̄q; ſunt Chr̄i zelo agēda diſponāt, vna-
nimiterq; recte ſentiant, & ea quæ ſenſerint non ſibimet diſcrepādo, ſed deo placita ꝑficiant.
Eſt etiā in iā fata Nicęna cōcorditer ſtatutū ſynodo, vt accuſatores & accuſatōes quas ſeculi le
ges nō admittūt à ſacerdotali fundit⁹ auerti nocumēto. Ecce (inq̄t Propheta) q̄ bonū & q̄ iocū
dum habitare frēs in vnum. Illi vero non in vnū habitāt, q̄ à fratrum ſe ſolatio ſubtrahunt, aut
fratribus inſidias p̄parāt. Non alieno vos frēs patiemini p̄ctō grauari, quia quod neceſſe ē, nos
dicere veremur, id eſt, ne cuius religio diſſipat, indignatio ꝓuocet. Præ oculis habete, & tota
mētis acie reuerēter aſpicite beati Petri gloriā, & cum ip̄o cōmunes oīm Apoſtoloꝝ coronas
cunctorumq; martyrum palmas, q̄ pro fratrū non deſtructiōe, ſed confirmatiōe, & veritate in
Chriſto paſſi ſunt. Nos ergo q̄ dn̄i diſcipuli & dici, & eſſe volumus, portare crucē Chriſti, & cō
pati fratribus debemus, non ꝑſequi. Subtrahite rogamus actus cogitatōeſq; à talibus nocumē
tis, ſi non vultis ip̄am in vos ſuſcipere vltionē, q̄m talionē meret, qui fratri foueam præparat.
Et nos ſcitote hunc typū deinceps non eē paſſuros, vt ea quæ ad hāc ſpecial'r ſanctā ꝑtinent ſe
dem ſicut iudicia Ep̄oꝝ, & maiores Eccleſiæ cauſas, vt paulo ſuperius prælibatū eſt, nos patia
mur nobis inconſultis inuadere abſq; noſtri ſtatus periculo. Sed ſi q̄s ab hodierna die, & dein
ceps eum p̄ter huius ſanctæ ſedis ſn̄iam damnare, aut propria pellere ſede præſumpſerit, ſciat
ſe irrecuperabiliter eſſe dānatū, & ꝓprio carere ꝑpetim honore, eoſq; q̄ abſq; huius ſedis ſunt
eiecti ſn̄ia vl' dānati, huius ſanctæ ſedis authoritate ſcitote priſtinā recipere cōionē, & in pro-
prijs reſtitui ſedibus, q̄m & prius à tp̄e. ſ. Ap̄loꝝ hæc huic ſedi ſanctæ conceſſa ſunt, & poſtea
in memorata Nicæna ſynodo propter prauoꝝ hoim infeſtatōes, atq; hæreticoꝝ ꝑſecutōes &
inſidiātium molimina fratrum ſunt concorditer ab oībus corroborata, vt magis ſinguli proui
deant, ne talia audeāt ꝑpetrare, & caueant ſi non propter deum, & amorē fratrū, tamen pro-
pter opprobrium hominum, ruborē ſuum atq; Canonicā vltionē, ſaltē hæc timore & verecū
dia compreſſa ſilētio comprimant, amputato. ſ. totius vſurpatōis exceſſu, quia nullus debet p̄-
ſumere, quæ ſibi non vident eſſe conceſſa, quā culpā nullo modo potuiſſetis incidere, ſi vnde
conſecrationē honoris accipitis, inde legē totius obſeruātiæ ſumeretis, & beati Ap̄li Petri ſe-
des quæ vobis ſacerdotalis mr̄ eſt dignitatis, eēt Eccleſiaſticæ magiſtra rōnis. Vnde ſicut mul
tū nos ea q̄ nob̄ piè recteq; ſunt acta lætificāt, ita nimiū ea quæ ſunt ꝑperā geſta cōtriſtāt, q̄m
neceſſe eſt poſt multaꝝ taliū experimēta cauſaꝝ hæc in poſteꝝ ſolicitius, ꝓſpici, & diligentius
præcaueri, quatenus ea quæ ſunt ab Apoſtolis eorumq; ſucceſſoribus ſtatuta, nulla deſidia ne-
gligant, nulla diſſentōe violēter, nulla cōcertatōe turbent. Nā ſicut in vno corꝑe multa mēbra
habemus, oīa aūt mēbra non eundē actū habēt, ita multi vnū corpus ſum⁹ in Chr̄o, ſinguli aūt
alter alterius mēbra, connexio totius corporis vnā ſanitatē, vnā pulchritudinē facit, & hæc q̄-
dem connexio totius corporis vnanimitatē requirit, ſed p̄cipue exigit concordiā ſacerdotum
q̄bus & ſi dignitas cōmunis non eſt, tamen ordo generalis eſt, q̄m & inter beatiſſimos Ap̄los
in ſimilitudine honoris fuit quædā diſcretio poteſtatis, & cum oīm par eſſet electio, vni tn̄ da-
tum vt cæteris præmineret. De qua forma Ep̄oꝝ quædā orta eſt diſtinctio, & magna ordina
tione ꝓuiſum eſt, ne omnes ſibi oīa vendicarēt, ſed eſſent in ſingulis prouincijs ſinguli, quoꝝ
inter frēs haberet prima ſn̄ia, & rurſum quidam in maioribus vrbibus conſtituti, ſolicitudinē
eius ſuſciperent ampliorem, per quos ad vnam Petri ſedem vniuerſalis Eccleſiæ cura conflue-
ret, & nihil vſquàm à ſuo capite diſſideret. Qui ergo ſcit ſe quibuſdam præpoſitum non mo-
leſte ferat aliquem ſibi eſſe prælatum, ſed obedientiam quam exigit, etiam ipſe dependat.

Nolite

Nolite itaq; errare frẽs mei dilectiſſimi doctrinis varijs & extraneis nolite abduci,& inſtituta apl'oꝝ & apl'icoꝝ viroꝝ canonesq́; habetis,his fruimini,his circũdamini,his delectamini, his armamini,vt freti cõtra inimicoꝝ iacula ꝑſiſtere valeatis,ſatis eñ indignũ eſt queq̃ vel põtifi cum vel ordinũ ſubſequẽtiũ hãc regulã refutare q̃ beati Petri ſedẽ,& ſeq videat & docere. Multum eñ conuenit,vt totũ corpus Eccleſiæ in hac ſibimet obſeruatiõe cõcordet quæ inde authoritatẽ habet,vbi dñs Eccleſiæ totius poſuit principatũ, dicente ſcriptura: Ordinate in me charitatẽ:& itẽ,oĩa cũ ordine fiãt.Iteꝝq́; Pſalmiſta p̃dicante:Circũdate ſyon,& cõplectimini eam,narrate in turribus eius. Ponite corda vr̃a in virtute eius,vt enarretis in ꝓgenies alteras, qm̃ hic eſt deus dñs noſter in æternũ,& ip̃e reget nos in ſecula. Officij eñ noſtri cõſideratiõe nõ eſt nobis diſſimulare,nõ eſt tacere libertas,qbus maior cũctis Chr̃ianæ religionis zelus ſuccũbit,ne ꝑ taciturnitatẽ,aut fauere,aut cõſentire videamur fratrum nocumẽta, Data Calend. Octobris Feliciano & Maximiano viris clariſſimis conſulibus.

¶Epiſtola orientalium ad Iulium papam cauſantium,ꝙ in communionem receperit Athanaſium & cæteros quos ipſi damnauerant.

Domino beatiſſimo & honorabili patri Iulio Apl'icæ ſedis venerabili ep̃o,Euſebius, A Theognius,Theodorus,& Berinthus vnà cũ reliqs fratribus, & coep̃is nr̃is in Antiochia cõgregatis,licet circa oẽs Romanã Eccleſiã ſciamus eẽ munificã & apl'icam habere curã,& ſemꝑ matrẽ exiſtere pietatis,quãq̃ ab oriẽte ad eã prędicatores pietatis aduenißent,tamẽ optaremus vos nobiſcum concordare, & quos à cõione ſuſpẽdimus à vobis eſſe ſuſpẽſos,& quos in ordine cõfirmamus ep̃oꝝ à vobis eẽ confirmãdos, nec nos ſcd'o loco habẽdos,cum ex his partibus ad vos vſq; dogmatizãtes Apoſtoli ꝑuenerint. Nec enim nos vr̃is reſultauimus,q̃uis hoc agere potuiſſemus,qñ Nouatianus à Romana pulſus eſt Eccleſia,qm̃(vti iuxta vulgarẽ cõſuetudinẽ loquamur)inimicitias quęrit oĩs q vult recedere ab amico. Nec crimine carere põt,q alterius excõmunicatum abſq; eius licẽtia à quo à communione eſt priuatus in communionẽ ſuſceperit,canonibus.ſ.iubẽtibus,vt excõicatus ab alijs nõ ſuſcipiat viuentibus illis à qbus communione priuatus eſſe dinoſcit. Nec ſolũ in his nobis contumeliam irrogatis,ſed etiã in his q̊d Concilia noſtra diſſoluitis neq; ea rata ſinitis eſſe. Sũt nãq; à nobis & maxime à totius orientis ep̃is damnati,Athanaſius Alexandrinus,Paulus Conſtantinopolitanus,Marcellus Ancyræ,Aſclepius Gazæ,Lucianuſq́; Adriopolites ꝓ certis criminibus,qbus aduerſarij ſunt apud nos inſcripti, q per p̃ntes huius epl'æ latores oĩa ſub certa relatõe vr̃æ innoteſcere nõ omittimus ſanctitati. Quibus agnitis ſi nr̃is placitis magis q̃ eoꝝ machinatõibus aſſentire,& ordinatos ep̃os in dãnatoꝝ loco firmare eligitis,pacẽ vobiſcũ,& communionẽ hr̃e volumus. Si vero alr̃ egeritis,& eis amplius q̃ nobis aſſentire iudicaueritis, cõtraria celebrabimus,& vobiſcũ deĩceps nec cõgregari nec vobis obedire,nec vobis vr̃iſq́; fauere volumus, ſed ꝑ nos quicd melius elegerimus agere conabimur. Nã nullus ẽ in hac p̄te terraꝝ ætatẽ habẽs q ignoret prædictoꝝ molimina ſeductoꝝ. Propter eos eñ multa ſunt mala peracta,multa Concilia diuerſis & aſperis t̄pibus celebrata,multæ ſeditões, multæ machinationes,multa nobis opprobria illata,& alia multa quæ enumerare ꝓlongũ eſt. Nã ſi his cõſentire eligitis,tunc liquet q̊d nos ꝑdere vultis, & nõ vt pater filios fouere. Dicũt eñ & affirmãt tam ciues iſtoꝝ,q̃ etiã ſacerdotes eoꝝ,hos vouere vos velle homicidas, ſacroꝝ temploꝝ euerſores, virginũ ſtupratores,ſacroꝝ libroꝝ incenſores,ſacroꝝq́; vaſoꝝ,ac cæteroꝝ ſacroꝝ miniſterioꝝ fraudatores,officioꝝ neglectores,imperatoꝝ infidos,gẽtis & patrię ꝓditores,& inter ſacerdotes maximã generantes diſcordiã,eo ꝙ conſubſtantialitatis vocẽ,quæ ſcripta non inuenit in fidei doctrina,poſuiſſent. Quid plura enumerare neceſſe eſt? cum propter eos nobis & cũctis huius regionis habitatoribus ſciẽtibus tãta cędes hoĩm ſit ꝑpetrata,vt amplius q̃ mille hoĩes ſint ꝓſtrati? Talibus aũt fauere qd aliud eſt q̃ ſceleribus eoꝝ cõſentire? cũ ſacra ſcriptura ꝓhibeat,dicẽs: Non ſolũ q faciũt,culpabiles exiſtũt,ſed etiã q conſentiũt faciẽtibus. Talibus eñ vos obſiſtere totis viribus oportet, ne inuoluamini in p̄ctis eoꝝ, & excõicationẽ eoꝝ ne ſuſcipiatis. Tales eñ à vobis ꝓcul abĳcite,ne ꝓpter aĩoſitatẽ taliũ hoĩm ĩfirmę aĩæ & ignari populi ſacrilega diſſentõe diſpereãt. Itaq; oportet vos ĩprobis ꝓbe reſiſtere. Quapropter ſi neglexeritis deturbare ꝑuerſos,liq̃t q̊d eoꝝ ꝓtegatis errorẽ. Nec vero caret ſcrupulo ſocietatis occulte,q manifeſte facinoribus deſinit obuiare. Decet eñ vos ad arguẽdã ꝓteruiã eoꝝ, linguã veſtrã exacuere,& velut venenoſos à vobis repellere,ne eoꝝ veneno vos vr̃iq́; in aliq̊ ſauciemini. Igiť ſufficiũt nobis q̃rimoniæ contra eos delatæ, qm̃ derelinquet nos t̄p̃s ſcd'm q̊d ait Apl'us: Si voluerimus oĩm obloquentiũ oblatas cõtra eos ꝓducere quęrelas,maxime cum hęc nobis ſufficiant quæ ſuperius dicta ſunt. Nec vobis neceſſe eſt iteꝝ eoꝝ diuulgare mala cũ ip̃a ꝑ ſe prodeãt,& maxime oẽs oriẽtales teſtes ſuꝑ eoꝝ malis exiſtant, in ore eoꝝ(iuxta qd' ſcriptum ẽ)duoꝝ vel triũ teſtiũ ſtabit om̃e verbũ,quãto magis in multitudine tãtoꝝ ſacerdotũ,

& ppl'o-

&ꝑplo͛ꝝ,abbatũ,vel monachoꝝ ĩ ſcripto,& ſine ſcripto cõtra hoꝝ prauitatẽ nos q̃tidie vox
acclamantiũ. Nos vero diu expectamus eos ꝑ multã patiẽtiã,vt crearẽt vuas,ſed illi ecõtrario
fecerũt labruſcas. Vos ergo nõ oportet de cætero negligere,& differre tales,ne(qđ abſit)me-
moratis criminibus eoꝝ ſubmittamini irrõnabil͛r eos ep̃os ponẽtes,ipſi em̃ niſi cito corrigant
iuxta qđ beatus Apl͛us proteſtat,ſcđm duritiã eoꝝ, & cor impœnitẽs theſaurizant ſibi iram
in die iræ,& reuelatõis iuſti iudicij dei,ꝗ reddet vnicuiq; ſcđm oꝑa eius:ꝗa corrigẽdi ſunt, ne
ꝑ temporalẽ delectationẽ,& ꝑ mẽdacia atq; figmẽta ſua vobis aſſenſum præbentibus,æterna
ꝑdant præmia,ꝗ ꝑ veram pœnĩam conſequi poterũt. Nec hæc quæ p̃dicta ſunt ſolummodo
Athanaſio & ſequacibus eins irrogamus,ſed etiam qđ contra regulã egerit, quã nos decreue
ramus,ꝗa non decreto cõis Concilij Ep̃oꝝ recepit ſacerdotũ, ſed ſibimet arrogãdo Eccleſiã
fuiſſet ingreſſus,&in ſede reſediſſet,cũ dudum decretũ fuiſſet nullũ à pauciore numero reſtitui
debere,ꝗ̃ depoſitũ fuiſſe cõſtaret. Deinde quãꝗ̃ eius aduẽtu ſit turba generata, plurimiq́; ſedi-
tione ſint mortui,& nõ ſolũ hęc ꝑ eum,& ꝓpter eũ ſunt pacta,ſed etiã quidã à iam dicto Atha
naſio cæſi iudicibus dicunt͛ eẽ cõtraditi,hæc & alia innumerabilia ſunt ab eo,ſuiſq́; ſequacibus
impudẽter ꝑpetrata,quos excõicatos cõioni vt audiuimus contra regulã in contumeliã oĩm
orientaliũ ſociaſtis. Præfato itaq; debitæ ſalutatõis officio ꝓpter beati Petri honorẽ impenſo
poſtulamus,vt deinceps ad vr̃as hinc veniẽtes aures,non tã facile admittatis,neq; à nobis ex-
cõicatos vltra velitis excipere,ne Canonũ tranſgreſſores inueniamini, ſed magis ſalua frater-
na charitate erratũ hoc in poſteꝝ minime patiamini,& ſubſcriptio,orantẽ,ꝓ nobis apoſtola-
tum veſtrum dñs æuo cuſtodiat longiore beatiſſime pater, Amen.

## Reſcriptũ Julii pape contra orientales pro Athanaſio & cæteris.

B IVlius ſanctæ Romanæ & Apl͛icæ Eccleſiæ ep̃s,Euſebio. Theognio,Theodoro,Berintho
& cæteris oriẽtalibus ep̃is,decuerat vos aduerſus ſanctã Romanã Eccleſiã & Apoſtolicã
limate,& non ironice loqui,qm̃ & ip̃e dñs noſter Ieſus Chr̃us eam decẽter allocutus ait:
Tu es(inqt)Petrus,& ſuꝑ hanc petram ædificabo Eccleſiã meã,& portæ inferi non p̃ua-
lebunt aduerſus eam,& tibi dabo claues regni cœloꝝ. Habet em̃ ptãtem ſingulari priuilegio
ſibi conceſſam aperire & claudere ianuas regni cœleſtis ꝗbus voluerit. Nam ſi ei detrahere ꝗ̃
dñi ore ſacrata atq; deſuꝑ exaltata eſt,nõ renuiſtis,nec miꝝ ſi fratribus iniurias irrogare mini
me ceſſatis,vñ iam ſilẽtio nõ tegunt͛ quæ vr̃o in Concilio turbulẽter atq; cũ tẽpeſtate decreta
ſunt. Apparet em̃ qm̃ tumultuoſa indiſciplinatõe veritas eſt oppreſſa,vobis ꝗppe inconfide-
rantibus quæ placẽt deo ꝓpter iurgia quæ cõtra proximos vr̃os habetis,& vota vr̃a ineuita-
bilia eẽ contẽditis,ſed erit opus diuinæ ꝓuidẽtiæ,quatenus ecõtrario aperte deꝑhenſa poſſint
enarrari,& ꝗcꝗd illic coueniẽtes ſiue qualibet gr̃a,odio,aut inimicitiaꝝ cauſas geſſiſtis fundi-
tus repelli. Quapropter cũ omni feſtinatõe vos oẽs ad huius ſanctæ ſedis reuerẽtiã volo cõcur
rere,quatenus geſtoꝝ apud nos integritatẽ ꝑ voſipſos poſſitis oñdere, nam nec dubitare vos
credo Athanaſiũ ſacræ legis doctorẽ nõ ſolũ à nobis,ſed etiam à Nicæa ſynodo veræ fidei cul
torẽ eẽ comprobatũ,ꝗ defuncto Alexãdro mirabili ſene ꝗ Arrij ꝓſtrauerat blaſphemias poſt
quinq; mẽſes Nicæni Cõcilij Alexãdrinoꝝ Eccleſię ſuſcepit p̃ſulatũ,aduerſus quẽ eiuſq́; ſecta
tores multa mẽdacia texẽtes,& nudas calũnias quaſi veras accuſatões cõponentes nobis
multoꝝ maloꝝ eũ cãm,&caput eẽ ꝓhibuiſtis,&nõ ſolũ apđ Aegyptũ,ſed etiã apđ Palęſtinã,
& Phœnicẽ vicinaſq́; gẽtes ſcriptis vr̃is illum ꝑturbatorẽ eẽ ſignificaſtis. Qua de re eccleſiaſti
cã ſequẽtes regulã,vos Romæ regulariter ad iudiciũ die ſtatuta nõ ſub anguſto tp̃is ſpacio(vt
excuſatio locũ nõ inueniat)lr̃is & apocrifarijs euocauimus,illiq́; vocatõe ſuſcepta ad diẽ p̃ſti-
tutũ venere,ſed vos ne vr̃is mẽdacijs caperemini,vr̃aq́; calumnia enudaret͛,venire diſtuliſtis.
Nec his machinatõibus ſolũmodo cõtẽti eſtis,ſed etiã vidẽtes oues paſtoribus deſolatas lupos
ꝓ paſtoribus ſuꝑ eas poſuiſtis. Decuerat ergo vt ad regularẽ veniretis conuocationẽ,qual͛r de
his & de alijs vr̃is p̃ſumptõibus verã redderetis rõnẽ,qm̃ occurreret veritas,ſi falſitas diſplice-
ret,& nullus dubitat,ꝙ ita iudiciũ nocẽs ſubterfugit, quẽadmodũ innocẽs vt abſoluat͛, reqrit,
nec ſuſpitõe caret,ꝗ aliũ calũnijs deroget falſa dixiſſe cũ ip̃e ad iudiciũ vt ꝓbet quæ intulit euo
catus venire diſtulerit. Vellẽ em̃ vos magis ad iã dictã canonicã cõuenire vocatõem,vt corã
vl͛i Cõcilio redderetis rõnẽ,cur ſynodũ ad ſtatũ Eccleſiaꝝ,&fratrũ in Antiochiã ſubuertẽdũ,
&Nicęni magni cõcilij deſtructionẽ feciſtis,aut cur nob̃ ĩcõſultis ep̃os in eã cõuocaſtis,ad quã
nec maximus Hieroſolymitanus venit,nec nr̃a interfuit legatio,Canonibus ꝗppe in Nicæna
ſynodo iubẽtibus nõ debere p̃ter ſnĩam Romani pontificis vllo mõ cõcilio celebrari,nec ep̃os
damnari,aut cur in prædictoꝝ loco fratrũ alios adulteros poſuiſtis anteꝗ̃ penes nos,aut apo-
criſarios noſtros eoꝝ cauſa canonice eſſet examinata,ſineq́; ꝑciperet rectum. Iſti em̃ ꝗ ad me-
moratã

moratam regulariter venere vocationem videntes vos à prædictis ſubtrahere calumnijs multa aduerſus vos lachrymabilia & doloribus plena referũt accuſantes vos, & dicẽtes multa ſe importabilia à vobis eẽ paſſos. Vos ergo refugiẽtes venire, illosq́ꝫ pſeuerãtes in vera rõne, ſuisq́ꝫ calũnijs reclamãtes, ſup qbus & Aegyptiorum Epi lr̃is nobis miſſis ꝓteſtanť ſuis falſa eẽ q̃ contra Athanaſiũ ſuosq́ꝫ ſectatores machinanť cũcta Arrianorum machinata blaſphemijs. Talib⁹ nãqꝫ figmẽtis liquet eos eẽ inculpabiles vosq́ꝫ culpabiles, qa ſi de vera cõſideretis inocẽtia, nullo mõ à iam dicta vos Canonica ſubtraheretis euocatõe, q̃ nõ ſubito ſed ſpatioſe denũtiatia ẽ, ſed omi ſubducta apologia abſqꝫ tardatõe venire, & cauſas reddere feſtinaretis. Quibus ita geſtis ſcripſi vobis, & oĩbus q in Antiochiã cõtra Apoſtolicã Canonicamq́ꝫ regulã nobis incõſultis fueratis cõgregati, arguẽs vos primũ de iniurijs lr̃arum, deinde cur Athanaſiũ ſuosq́ꝫ conſectatores ad vr̃m Conciliũ cõuocaſſetis Canonibus. ſ. p̃cipiẽtibus nihil extra Romanũ decerni pontificẽ, cui hæc & maiora Eccleſiarum negotia tam ab ipo dño, q̃ ab oĩbus vniuerſorum Conciliorum fratribus ſpeciali (vt iam dictũ eſt) priuilegio cõtradita ſunt. Vobis vero refugiẽtibus & ad Cõciliũ toties cõuocatis adeſſe nolẽtibus. Illis quoqꝫ in ſua reclamatõe, & iuſta rõne pſiſtẽtibus, veſtraq́ꝫ cognoſcẽtes crimina, & illorum iuſtã examinãtes rõnẽ, oẽsq́ꝫ eos Niceno Cõcilio cõperiẽtes & nr̃is aplicis iuſſionibus obtẽperãtes, viſum eſt nobis ac vniuerſo Cõcilio, vt nos diuinis p̃ceptis, & Apoſtolicis monitis informati, q pro oĩm Eccleſiarum ſtatu impigro vigilare debemus effectu, ſi quicq̃ reprehẽſioni vſquàm inueniť obnoxiũ celeri ſolicitudine ab ignorantiæ imperitia, aut à p̃ſumptõis vſurpatõe reuocemus. His taľr conſideratis atqꝫ diſcretis tanq̃ oĩm curã gerẽtes ꝓpter ſedis ꝓpriæ dignitatẽ ſuſcepimus eos in cõionẽ, ſingulisq́ꝫ cũ ſuis authoritate huius ſc̃tẽ ſedis rebus, ꝓprias reddidimus Eccleſias, qm̃ huic ſanctæ ſedi ꝓpter prauorum hoĩm inſidias ipo dño inſtituẽte & ſanctis Apl̃is eorumq́ꝫ ſucceſſoribus p ſingula Cõcilia roborãtibus hoc ſemp licuit, licebitq́ꝫ dño auxiliante in ppetuũ. Vnde q ſe ſcit alijs eẽ præpoſitũ, nõ moleſte ferat aliquẽ ſibi eẽ prælatũ, ſed tẽperantiã quã ab alijs requirit gratis, & ipe dependat. Quapropter increpando vobis ſcribo, qa non recte tractaſtis viros inculpatos, & à nobis minime examinatos de ſuis Eccleſijs cõione priuatos pellẽtes, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ iniuriã irrogantes, conſtitutumq́ꝫ Nicæni Concilij minime ſeruantes, talia indiſciplinate agere non formidaſtis, Idcirco qm̃ dudum venire vocati renuiſtis, modo ad certũ diẽ, id eſt. XV. Calẽd. Nouẽb. vos iterum regulariter lr̃is miſſisq́ꝫ euocamus, vt corã vobis oñdamus nos iuſtã in eos ꝓtuliſſe ſñiam, & de cætero nõ talia eſſe paſſuros. Eſt etem̃ in antiqs Eccleſiæ ſtatutis decretũ vt aliena q inuadit non exeat impunitus, ſed cũ multiplicatõe reſtituat, vñ & in Euãgelio ſcriptum eſt: Quod ſi aliqd defraudaui reddo quadruplũ. In lege quoqꝫ cautũ eſt, maledictus oĩs q transfert terminos proximi ſui, & dicet: oĩs populus, Amen. Quare miror vos tã audaces eẽ & tã impudẽter egiſſe, & terminos ac iura beati Petri aplorum principis inuaſiſſe. Sui em̃ (vt paulo ſuperius cõprobatũ eſt) iuris erat, vt abſqꝫ eius ſc̃tẽ ſedis authoritate nullus deberet, aut Cõcilia celebrare, aut Epos ad ſynodũ cõuocare, vľ dãnare, q̃ oĩa vos temerare nõ timuiſtis. Quid ergo eſt aliud talis p̃ſumptio, niſi qď aplorum eorumq́ꝫ ſucceſſorum decreta trãſgredi, & maledictionẽ ſupius cõprehẽſam in lege. ſ. cautã quã oĩs populus vno ore, conſonaq́ꝫ reſponſiõe p Amẽ, id eſt, fiat, confirmauit ſuſcipere non timuiſtis. Nam vt reor talibus tranſgreſſionũ funiculis cõſtricti, noſtrũ ne veſtra ꝓderenť flagitia examẽ declinaſtis, & ad ſupradictam vocationẽ venire diſtuliſtis. Sanè manifeſtũ eſt ſuũ eos confiteri crimẽ, q toties euocati abſqꝫ ineuitabili cauſa venire diſtulerint, & purgandi ſe voluntate non vtunť. Nam ſi de veſtris dictis confideretis, & in faciẽ probare non diſtuliſſetis. Tales inſidiatores ſpũ præuidẽtes ſancti pr̃es in Nicæa congregati leges ſtatuer̃t, q̃s canones appellamus, ne facile ꝓbi ab ĩprobis dãnarenť, ex qbus nullas ſñias his inſeri iudicauimus, vt tantorum patrum authoritate noſtra roboraret epiſtola, atqꝫ omnes oriẽtales ſiue reliquarum partium Epi hæc audiẽtes, in tãtam foueã non incidant, ne damnationẽ à patribus decretam percipiant. Sequuntur enim hæc ex prædicto Concilio Nicæno capitula, id ẽ. xviij. xix. xxi. xxiij. xxvi. xxvij. xxviij. xxxiij. xli. & v. vijq́ꝫ. &. ix. ac. li. lij. liij. liiij. lv. lvij. lviij. lix. lx. lxi. lxiij. lxvi.

¶Vt oẽs Epi q in qbuſdam grauioribus pulſanť vľ criminanť cauſis, quoties neceſſe fuerit libere aplicam appellẽt ſedẽ, atqꝫ ad eam quaſi ad matrẽ confugiãt, vt ab ea ſicut ſemp fuit piè fulcianť, defendanť, & liberenť. Cuius diſpoſitõis oẽs maiores Eccleſiaſticas cauſas & eporum iudicia antiqua Aplorum eorumq́ꝫ ſucceſſorum atqꝫ canonum authoritas reſeruauit. A

¶Quoniã culpanť Epi qui aliter erga fr̃es egerint, quàm eiuſdẽ ſedis papæ fieri placuerit. Placuit, vt accuſatus vel iudicatus à prouincialibus in aliqua cauſa epiſcopus licenter appellet, & adeat Apoſtolicæ ſedis pontificẽ, qui aut p ſe, aut p vicarios ſuos eius retractari negotium ꝓcuret & dum iterato iudicio pontifex cauſam ſuã agit, nullus alius in eius loco ponať, aut ordinetur epũs, quoniam quanq̃ comprouincialibus epiſcopis accuſati, cauſam pontificis ſcrutari li- B

ceat, non tamen definire inconſulto Romano pontifice permiſſum eſt, cum beato Petro ãpo
ſtolo non ab alio q̃ ab ip̃o dictum ſit dño. Quæcũq; ligaueris ſup terram, erunt ligata & in cœ
lis, & quæcũq; ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis.

C ¶Si quis putauerit ſe à proprio metropolitano grauari apud primatem diocœſeos, aut pe-
nes vniuerſalis apoſtolicæ Eccleſiæ papam iudicetur.

D ¶Accuſatores & accuſatões quas leges ſeculi non aſciſcunt, & nos vnanimiter ſubmouemus,
nec fiat in diſtricta ꝓbatione impietas, cum recta ſit iudicij in electione ſententia.

E ¶Nullus ep̃s alterius parrochianũ p̃ſumat retinere, aut ordĩare abſq; eius volũtate vł iudicare
ſalua tñ in oĩbus apłica authoritate, q̃a ſicut irrita erit eius ordinatio, ita & dijudicatio, qm̃ cẽſe
mus nullũ alteri⁹ iudicis, niſi ſui ſnĩa teneri. Nã q eũ ordĩare nõ potuit nec iudicare vllaten⁹ põt

F ¶Si q̃s erga Ep̃m vel actores Eccleſiæ ſe ꝓpriũ hr̃e crediderit negotiũ, nõ prius adeat iudices,
quàm ad eos recurrat charitatis ſtudio, vt familiari colloquio commoniti ea ſanare debeant, q̃
in querimoniam deducunt. Quod ſi aliter egerit, communione priuetur.

G ¶Nemo pontificũ deinceps aliquẽ ep̃m ſuis expoliatũ rebus, aut à ſe depulſum excõicare, aut
iudicare p̃ſumat, q̃a non eſt priuilegiũ quo poſſit ſpoliari iã nudatus. Pari tenore decernimus
nõ credi accuſatori, q abſente aduerſario cauſam ſuggerit ante vtriuſq; partis diſcuſſionẽ, nec
accuſatores vel teſtes ſuſcipi, qui non ſunt idonei.

H ¶Placuit, ſi accuſatus vł damnatus ep̃s appellauerit Romanũ pontificẽ id ſtatuẽdum qđ ip̃e iu
ſte cenſuerit, & oẽs q aduerſus pr̃es armant, infames eſſe cẽſemus, neq; eos q cum inimicis mo
rant ad accuſationem, vel ad teſtimonium recipiendos.

I ¶Placuit, vt ſemp in accuſatõe Clericoꝝ primo pſona, fides, vita, & cõuerſatio blaſphemãtiũ
pſcrutet. Nã fides oẽs actus hoĩs p̃cedere debet, q̃a dubius, infidelis ẽ, nec eis oĩno ẽ credẽdum
q veritatis fidẽ ignorãt, nec rectæ cõuerſatõis vitã ducunt, qm̃ tales & facile & indifferẽter la-
cerant, & criminant recte & pie viuẽtes. Ideo ſuſpitio eoꝝ diſcutiẽda eſt primo & corrigẽda,
neq; accuſatoribus ſuſpectis, & de inimicoꝝ domo prodeuntibus credendum.

K ¶Qđ nõ alię metropolitanę ecclię vł primates ſint, niſi ille q̃ prius primates erãt, & poſt Chr̃i
aduẽtũ authoritate apłica & ſynodali primatũ hr̃e meruerũt. Reliq̃ vero nõ primates, ſed me-
tropoles vocent, eoꝝq; epi nõ primatũ, ſed aut metropolitanoꝝ, aut archiep̃oꝝ noĩe fruant.

L ¶Infames eẽ cẽſemus oẽs q ſuã aut Chr̃ianam præuaricant legẽ, aut canonicã poſtponunt au-
thoritatẽ ſaluo in oĩbus Romanæ Eccleſiæ priuilegio, nullus metropolitanus abſq; cæteroꝝ
omnium comprouincialium ep̃oꝝ inſtantia aliquoꝝ audiat cauſas eoꝝ, quia irritæ erunt imò
& cauſam in ſynodo pro facto dabit.

M ¶Alienis errorib⁹ ſociatũ, vł à ſui ꝓpoſiti tramite recedẽtẽ, aut ſacris canonib⁹ inobediẽtẽ ſuſ-
cipere nõ poſſumus, nec ĩpetere recte credẽtes vł ſctõꝝ pr̃m ſanctõib⁹ obtẽperãtes pmittim⁹

N ¶Peregrina iudicia generali ſanctione prohibemus, quia indignũ eſt, vt ab exteris iudicet, qui
prouinciales & à ſe electos debet habere iudices.

O ¶Salua apłicæ Eccleſiæ authoritate nullus ep̃s extra ſuã prouinciã ad iudiciũ deuocet, ſed euo
catus ip̃e canonice in loco oĩbus congruo tẽpore ſynodali ab oĩbus cõprouincialibus ep̃is au-
diat, q concordẽ ſup eum Canonicamq; proferre debẽt ſnĩam, qm̃ ſi hoc minoribus tam cle-
ricis quàm laicis conceſſum eſt, quanto magis de ep̃is ſeruari conuenit? Nam ſi ip̃e metropoli-
tanum, aut iudices ſuſpectos habuerit, aut infenſos ſenſerit apud primates diocęſeos, aut apud
Romanæ ſedis pontifices iudicetur.

P ¶Nemini de ſe confeſſo credi põt ſup crimẽ alienum, qm̃ eius atq; omnis rei profeſſio pericu
loſa eſt, & admitti aduerſus quemlibet non debet.

Q ¶Incerta nemo vnq̃ põtificũ iudicare p̃ſumat, q̃a q̃uis vera ſint, nõ tñ credẽda, niſi quę manife
ſtis indicijs cõprobant, niſi q̃ manifeſto iudicio cõuincunt, niſi q̃ iudiciario ordine publicant.

R ¶Criminatões maioꝝ natu p alios ne fiant, niſi p ip̃os q crimina intẽdunt, ſi tñ ipſi digni & ir-
reprehẽſibiles apparuerint, & actis publicis docuerint omni ſe carere ſuſpitõe atq; inimicitia,
& irreprehenſibilem fidem atq; conuerſationem ducere.

S ¶Et comprouincialis ſynodus retractetur per vicarios vrbis Romæ Ep̃i, ſi ip̃e decreuerit.

T ¶Placuit, vt à q̃buſcũq; iudicibus Eccleſiaſticis ad alios iudices eccleſiaſticos, vbi ẽ authoritas
maior fuerit ꝓuocatũ, audiẽtia non neget. Si q̃s metropolitanus Ep̃ũs, niſi quod ad ſuam ſo-
lummodo ꝓpriam ptinet parrochiam, ſine Concilio & voluntate oĩm comprouincialiũ ep̃o-
rum aliq̃d agere tentauerit gradus ſui periculo ſubiacebit, & quod egerit, irritum habeat, & va
cuum, ſed quicq̃d de comprouincialium Ep̃orum cauſis ſuarumq; Eccleſiaꝝ & Clericoꝝ atq;
ſecularium neceſſitatibus agere, aut diſponere neceſſe fuerit, hoc cum omni conſenſu compro
uincialium agat pontificum, non aliquo dominatõis faſtu, ſed humillima & concordi admini-
ſtratõe, ſicut dominus ait: Nec veni miniſtrari, ſed miniſtrare. Et alibi: Qui maior eſt vr̃m erit
mini-

miniſter veſter,& reliqua. Similiter & ipſi cõprouinciales epiſcopi cũ eius conſilio, niſi quan
tũ ad proprias pertinet parrochias, agant iuxta ſanctoꝝ cõſtituta patrũ, vt vno ore, vno ani-
mo cõcorditer ſancta glorificetur trinitas in ſecula.
¶Caueãt iudices eccleſiæ, ne abſente eo cuius cã vẽtilaꝛ, ſnĩam proferãt, qa irrita erit, quippe A
& rationẽ pro actione reddẽt in ſynodo, & vt ꝓditoris calũnia, nec eoꝝ poſtea vox audiaꝛ,
nemo eñ debitorẽ amplius poteſt cognoſcere, ꝗ ille q iniuriã, eiuſq; ſuſtinet nequitiam.
¶Si qs ſuꝑ qbuslibet criminibus clericũ pulſandũ crediderit, in ꝓuincia in ꝗ ille cõſiſtit q pul B
ſaꝛ, ſuas exerceat actiões, nec æſtimet eũ accuſator ſuus alibi, aut lõgius ꝑtrahẽdũ ad iudiciũ,
ille vero q pxlſatus fuerit, ſi iudices ſuſpectos habuerit, liceat appellare. Primates accuſatũ diſ-
cutiẽtes epm nõ ante ſnĩam proferãt dãnatiõis ꝗ apoſtolica freti autoritate, aut reũ ſe ipſe cõ
fiteaꝛ, aut ꝑ innocẽtes & canonice examinatos regulariter teſtes cõuincaꝛ. Irritã eẽ iniuſtam
epoꝝ dãnationẽ, & idcirco à ſynodo retractãdã, ita vt oppreſſis ab oĩbus in cũctis ſubueniaꝛ
cauſis, detractores q diuina autoritate eradicãdi ſunt, & fautores inimicoꝝ ab epiſcopali ſub-
mouemus accuſatiõe. Similiter ne ſummoꝝ quiſpiã minoꝝ accuſationibus impetaꝛ, aut diſ-
pereat, neq; in re dubia detur ſnĩa, nec vllũ iudiciũ, niſi ordinabiliter habitũ teneatur.
¶Plura de his ideo hic nõ inſerimus ne vacuare vilẽũe ꝑdictã facere ſynodũ videremur, aut fa C
ſtidiũ legẽtibus, audiẽtibuſq; prolixa faceret epľa. Si qs aũt de his ampliora atq; abundãtiora
ſcire voluerit, in ſacro nr̃æ ſedis eccleſiæ ſcrinio, & ea ꝗ ꝑdiximus inuenire poterit. Veꝝ me di
xiſſe teſtis eſt diuinitas, de receptiõe vero ſedis & ſacerdotij atq; honoris, ꝗ dixiſtis Athanaſi-
um abſq; cõcilij decreto ſuſcipere nõ ita inuenimus ſicut calũniati eſtis, ſed q̊rundã epoꝝ con D
ſilio atq; decreto recepit ſuũ ꝗd iniuſte ꝑdiderat ſacerdotiũ, ac reſedit in ſede. ¶Qđ eñ ſcripſi-
ſtis, nõ eũ poſſe à pauciore nũero epoꝝ reſtitui ꝗ depoſitus fuerat, non ita eſt, nec hæc regula
orthodoxoꝝ ſanctæ eccleſię eſt epoꝝ, ſed Arrianoꝝ ſocioꝝ, videlicet vr̃oꝝ hęc adinuẽtio
ad ꝑditionẽ orthodoxoꝝ epoꝝ cõtexta ẽ. Nã vt nobis à veracibus eſt teſtibus relatũ, qñ An-
tiochiæ pro dãnatiõe fidei de cõſubſtãtialitate ꝓlata fuiſtis congregati odio ꝑdicti Athanaſii
hãc regulã ꝓtuliſti ꝗ nullas habet vires, nec habere poterit, qm̃ nec ab orthodoxis epĩs hoc
cõciliũ actũ eſt, nec Romanę eccleſię legatio interfuit canonibꝰ ꝑcipiẽtibus ſine eius autoritate
cõcilia fieri debere, nec vllũ ratũ eſt, aut erit vnꝗ cõciliũ ꝗd nõ fultũ fuerit eius autoritate.
¶Igiꝛ de fuga ſuꝑ qua Athanaſiũ reꝑhẽditis nõ bñ agitis, cũ ipſe dñs mãdatũ hoc nobis dedit, E
cũ ꝑſecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliã, & ipſe dñs ꝑ ſemetipm̃ exẽplũ nobis demõ
ſtrãs, qñ phariſæi cõſiliũ fecerũt aduerſus eũ, vt eũ occiderẽt. Sciẽs ãt Ieſus diſceſſit inde, & alibi
Tulerũt lapides Iudæi vt iacerẽt in eũ. Ieſus aũt abſcõdit ſe, & exiuit de tẽplo, & trãſiẽs ꝑ me-
diũ eoꝝ, abiuit, & ita diſceſſit, nã & diſcipuli ꝓpter metũ Iudęoꝝ receſſerũt celãtes ſemetipſos
& Paulus in Damaſco à principe gẽtis ꝗſitus, de muro in ſporta depoſitus eſt, & manus ꝗren- F
tis effugit, & alij ꝗplurimi & innũerabiles ſcti, tã in veteri teſtamẽto ꝗ in nouo fugiſſe legunꝛ
Si ergo fugã improperatis fugiẽtibus, erubeſcite potius ꝑſequi, & qeſcite inſidiari, qeſcẽtq; cõ
tinuo fugiẽtes. Nã ſiue perimatis eos, mors ſemꝑ cõtra vos exclamat, ſiue rurſus exilia ſuppo-
natis, vbiq; in vos mali memoriã deſtinare noſcimini, & illi patiẽdo ſibi proficiunt. Vnde &
dñs ait, Nolite timere eos q occidũt corpus, aĩam aũt nõ poſſunt occidere, ſed potius eũ time-
te q poteſt aĩam & corpus ꝑdere in gehẽnã. Multos eñ cognouimus peſſimis machinatiõi-
bus iniuſte depoſitos. Ideo ſummopere me cui vice apľoꝝ principis vniuerſalis eccleſię cura
cõmiſſa eſt, prouidẽdũ eſt, auxiliãte ipſo ſummo apľo ne deinceps talia fiãt, qm̃ ideo hæc ſan-
ctæ ſedi ꝓfata priuilegia ſpecialiter ſunt cõceſſa, tã de cõgregãdis cõcilijs, & iudicijs ac reſtitu
tionibus epoꝝ ꝗ & de negotijs, vt ab ea oẽs oppreſſi auxiliũ, & iniuſte dãnati reſtitutionẽ ſu-
mãt, & talia ab improbis ne ꝓſumãtur abſq; vltiõe, nec exerceanꝛ abſq; dãnatiõe. Nõ ergo re-
cte egiſtis ꝙ ꝑdictos frẽs calũniati eſtis, dicẽte dño, Non facies calumniã proximo tuo, nec vi
opprimes eũ. Nec recte egiſtis ꝙ nobis incõſultis cõciliũ celebraſtis, eoſq; ad cõciliũ vocaſtis
& dãnare ꝓſumpſiſtis canonibus (vt ꝓmiſſum eſt) iubẽtibus, nihil ex his abſq; huius ſanctæ ſe
dis autoritate fieri debere. Nõ rectè egiſtis ꝙ regulariter à nobis ad cõciliũ vocati venire diſtu
liſtis. Nõ rectè egiſtis, ꝙ cõtra eos rationẽ reddere, vt veſtra erga eos aut probareꝛ recta ſnĩa,
aut improbaretur nõ veniſtis, nec rationalẽ mandaſtis cauſam, vt qd hæc rennuiſtis.
¶His ergo oĩbus ꝑpẽſis, manifeſtũ eſt vos reos exiſtere, & illos innocẽtes remanere, & vos re
cte excõicatos, illoſq; iuſte liberari. Noluit itaq; dñs tã leuiter ſuos tractari miniſtros ſicut fa-
citis, aut à vobis dãnari, ſed (ſicut memoratũ eſt) aut ab hac ſede cui cõmiſſi ſunt, aut ſuo reſer-
uari iudicio, ait eñ, Qui vos cõtriſtabit, me cõtriſtabit, q fecerit iniuriã vobis, recipiet id qđ
inique geſſit. Et ꝗta pœna expectet eos q dñi ſcãdalizãt diſcipulos, euãgeliũ ſufficiẽter expo
nit, vbi de ſcãdalizãtibus diſcipulos, loquiꝛ, Nã ꝙ à vobis nõ ſint dãnandi, ſed aut ab hac ſctã
(vt ꝓfatũ eſt) ſede, aut ſibi reſeruãdi, ipſe manifeſte dat exẽplũ qñ peccãtes ſacerdotes, quorũ

locũ mō in ſctā eccleſia tenēt epi,nō ꝑ aliũ,ſed ꝑ ſemetipm vēdētes & ementes eiecit de tēplo,
& mēſas nũmularioꝝ proprio euertit flagello,& eiecit de tēplo,Et ipſe alibi ait,Deus ſtetit in
ſynagoga deoꝝ,in medio aũt deos decernit,& reliq̄ talia & his ſilia,& alibi idē ipſe ait,Nolite
iudicare,vt nō iudicemini:nolite cōdēnare,vt nō cōdēnemini,in q̊ em̄ iudicio iudicaueritis,
iudicabimini,q̄propt̃ nō tā temere(vt vos facitis)qſpiā ſuā p̄ſumat euomere iniqtatē,ſed iudi
cātē cũcta oportet rimari,& ordinē reꝝ plena inqſitione diſcutere,nec de illis q̄ ei incōceſſa
ſunt vllo mō iudiciũ p̄ſumere,interrogādi,ac ꝓponēdi,adijciēdiq̄ꝫ patiētia p̄bita ab eo,vt ibi
actio partiũ limitata ſit pleniter.Hęc prius litigātibꝰ ſua velit ſnīa obuiare,niſi qñ illi pactis oī-
bus iā nihil amplius habuerint in q̄ſtiōe q̊d proponāt,nec optet queq̄ iudicari aut dānari an-
teq̄ ſuos accuſatores p̄ñtes habeat,locũq̄ꝫ defendēdi accipiat ſpatioſum ad abluenda crimina.
Silr̃ in iā fata ſynodo ſtatutũ eſt,vt vltra ꝓuinciæ terminos accuſandi licētia nō ꝓgrediat̃,ni
ſi ad hāc aplicā fuerit ſedē ꝓuocatũ,ad quā oēs q voluerint libere & abſq̄ꝫ vllo īpedimēto à q-
buſdā agēdo cōfluere debēt.Silr̃ in iam p̄fixa ſynodo eſt decretũ,ne ſuſpecti,aut infames,aut
criminoſi,aut grauoſi,vel calũniatores,vel affines,aut ſcelerati,aut facile litigātes ſuſcipiātur
accuſatores,ſed tales q omni careāt ſuſpitōe,qa colũnas ſuas dñs firmiter ſtare voluit,nec à q-
buſdā agitari.Silr̃ ſtatuit p̄fata ſynodus,vt nullũ ſnīa nō à ſuo iudice dicta conſtringat,iudices
aũt alij eē nō dñt q̄ q̊s ipe q impetit̃ elegerit,aut q̊s ſuo cũ cōſenſu hęc ſctā ſedes,aut eius prima
tes autoritate huius ſanctę ſedis delegauerit,ex his em̄ & alijs q̄ tā in hac ſctā ſede q̄ & ab aplis
eoꝝq̄ꝫ ſucceſſoribus ſunt ſtatuta,nihil p̄fatis epis cōceſſiſtis,ſed vim eis īferētes,iniuſteq̄ꝫ(vt ſu
perius cōmemoratũ eſt)eos dānātes aliq̊s abſentes expuliſtis,ꝙ oī chrianę religiōi eſt inimi-
cũ,in qbꝰ apparet ꝙ nec dño ſua ſeruaſtis iura,nec huic ſanctę matri,& aplicę eccleſię,q̄(vt ꝓ-
ſcriptũ eſt)eos ſuo iudicio,aut huic ſedi voluit reſeruari,ne à tā prauis,ſicut eſtis,hoībus dāna
rent̃,aut eijcerent̃,in his oībus vos ſtultos & p̄uaricatores euāgelioꝝ & canonũ eſſe nulli ſane
ſapiētũ eſt abſcōditũ,nec his cōtēti in vr̃a eſtis p̄uaricatōe,ſed etiā ꝙ prius expulſos eos & ſuis
expoliatos rebus,q̄ſi vocaſtis atq̄ꝫ dānaſtis,cũ nullus regulariter,aut vocari,aut iudicari poſ-
ſit,anteq̄ ſit regulariter reſtitutus,& ſua oīa ei legibus ſint ītegerrime reformata,eſt nāq̄ꝫ ī ſępe
iā dicta ſctā ſynodo ab oībus vnanimiter decretũ,& aplica autoritate roboratũ,vt ſi qs epoꝝ
ſuis fuerit rebus expoliatus,& in accuſatōe pulſatus,ordinatōe pōtificũ oportet & decet ſan-
ctũ ꝓpoſitũ prima frōte certare,vt oīa q̄ ꝑ ſuggeſtiōes inimicoꝝ ſuoꝝ amiſerat,legalr̃ primo
ꝑtāti eius ab honorabili cōcilio reitegrent̃,&p̄ſul regulariter prius ſtatui priſtino reddat̃,&ip
ſe diſpoſitis ordinatiſq̄ꝫ ſuis tũc ad tp̄s veniat ad cām,& ſi ita iuſte videt̃ accuſantiũ ꝓpoſitiōi-
bus rñdeat,q̄re ergo trāſgreſſi eſtis termīos patꝝ iudicātes & dānātes eos q̊s nō debuiſtis? q̄re
iudicaſtis eos q̊s nō regulariter approbaſtis? Non obſeruaſtis q̊d in regnoꝝ libro ſcriptũ eſt.
Nō q̊ mō videt hō videt deus,qa hō videt in facie,deus aũt in corde videt,Et ī Paralipomenō
Oīa corda ſcrutat̃ deus,& oēm cogitationē nouit,Et alibi ſcriptũ eſt.Nō p̄t hũano cōdēnari
examine quē deus ſuo reſeruauit iudicio,hæc oīa ſummoꝑe p̄cauēda ſunt,nec accuſatio epoꝝ
facile eſt recipiēda,dicēte dño,nō ſuſcipias vocē mēdacij,& apls inqt,aduerſus pbr̃m inſcrip-
tionē nō ſuſcipiēdā abſq̄ꝫ duobus vel tribus idoneis teſtibus.Si hęc de pbr̃is vel cęteris fideli-
bus ſunt p̄cauēda,q̄to magis de epis,qbus cognitis magis vos dñari velle manifeſtũ eſt,q̄ con
ſulere fr̃ibus,aut ſuſtentare eos,qa honor īflat ad ſuꝑbiā,& q̊d ꝓuiſum eſt ad concordiā,tēdit
ad noxā.Decuerat nāq̄ꝫ vos iuxta p̄fatas regulas,ſi aliqd egiſſent cōtra ſuũ ordinē mādare no
bis,& expectare qd ad vr̃a cōſulta reſcriberemus,in tm̄,vt ſi etiā qcq̄ graue ītolerādũq̄ꝫ cōmit
terēt,nr̃a p̄ſtolaret̃ cēſura,& nihil prius,aut aliud diſcerneritis,q̄ q̊d nobis placere cognouiſſe
tis,ita vt à regulis p̄ſtitutis nulla,aut negligētia,aut p̄ſumptōe recederetis,ceſſet hmōi p̄ſſa nr̃a
autoritate p̄ſumptio,vitent̃ hmōi nocumēta,qa nequaq̄ talia patiēter ferre poſſumus machi-
namēta,qm̄ cōuenit nos paternaꝝ ſanctionũ diligētes eē cuſtodes,merito nāq̄ꝫ nos cā reſpi-
cit,ſi ſilētio faueamꝰ errori,eſt īſuꝑ in p̄dicta ſctā Nicęna ſynodo ſtatutũ,vt nemo anathema
in nr̃a ſuſcipiat̃ accuſatōe,nec illi q nos ī ſua nolũt recipe q̄rela,vel accuſatiōe,cũ nos ſuꝑ illos
ſciamus à dño cōſtitutos nō illos ſuꝑ nos,& ſicut maior nō p̄t à minori iudicari,ita nec colli-
gari,qa raꝝ eſt oē qđ magnũ eſt.Portemus onera oīm q grauant̃,qnimò hęc portat in nobis
beatus apłus Petrus,cuius vice fungimur legatōe,& cuius regula īformamur,q̄tinus eius fulti
auxilio ab oībus nunc,& in perpetuo tueamur aduerſis.Data Calendis Nouembris,Feliciano
& Maximiano viris conſu.

# Incipiunt decreta Liberij pape.

¶Epiſtola Athanaſii,& Aegyptioꝝ epoꝝ ad eūdē papā,de oppreſſiōibus Arrianoꝝ.

G DOmino beatiſſimo & honorabili ſctō p̄ri Liberio papæ Athanaſius,& vniuerſi Aegy-
ptioꝝ epi,in vnũ ſynodice apud Alexādriā cōgregati,vr̃æ beatiſſimæ paternitatis iura
penes